



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Jesu Christi Dei-Hominis

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1723

VD18 80217931

Art. II. Quid præcesserit Jesum Christum in triumpho Ascensionis suæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45509

randum ipsius corpus in omni possidebat excellentiam, sequentiam citio stiterit ad dexteram Dei Patris sui, quam se subduxerit oculis Apostolorum.

Quam ineffabile nobis solatum, quod anima sanctae eadem celeritate sese evibrent in finum beatae suae aeternitatis! Ita in instanti, quo liberantur e carcere Corporis sui mortalis, pondus amoris, quo trahuntur, tam potens est, ut attollat illas in momento usque in celum Empyreum. Eheu! quod mite-

Quantâ celeritate animæ beatæ cœlos condescendant.

rabilium nostrorum Corporum pondus nos ita deprimat ad terram, animamque nostram tam reddat pigram, ignavam & gravem, ut movere se quali nesciat, quando elevare, se debet ad Deum? Nonne ingemiscendum nobis sit cum magno Apostolo: *In felix ego homo, qui me liberabit de corpore mortis hujus?* Nonne horrori nobis sit gravis haec moles, nobisque reddat stimulum, ut ardenter desideremus quanto-
cyus ab illa liberari?

ARGUMENTUM.

Quid præcesserit JESUM Christum in triumpho Ascensionis suæ?

ARTICULUS II.

Sanctus Rex David unus ex Avis JESU Christi secundum carnem, postquam maximo cum gudio de longe aspergit Majestatem triumphi ipsius in die Ascensionis suæ, haud continere se potuit, quin caneret in Psalmo quadragesimo sexto: *Ascendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tuba.* Non est triumphus, quem non præcedat confusus acclamantium rumor populorum, qui repleat aërem carminibus lætitiae: triumphus est nullus, qui non præmittat ante se tubas plures, suam annuntiantes magnificentiam; sed nun-

Omnium
rum.
Psal. 46.

quos præce-
dit magnus
rum.

quam aliquis fuit, qui ita resplendit sicut triumphus JESU Christi, quando desertâ terrâ ascendit in celum; millions enim vocum cuncta per saecula illius annuntiarunt gloriam.

Inaudio primam valde à longinquo, ab initio mundi & sub lege naturæ. Aliquis Enoch, triumphum postquam exegerat trecentos JESU Christi, sexaginta & quinque annos in Enoch, continua contemplatione excellenter Dei, abruptus fuit, etra id, quod moreretur, à mortalibus, & collocatus, ubi Deus scit, ut esset tuba prima, quæ publicaret ex tunc triumphum Ascensionis Domini nostri.

Ali.



Secunda
Elias.

Aliquis Elias in lege scriptâ, vir totus igneus, Seraphim in amore, Cherubim in cognitio-
ne, Angelus in puritate, Prophe-
ta totus accensus Zelo gloriæ
Dei sui, postquam fuerat ima-
go viva Salvatoris mundi, exer-
cens ratione quâdam, sicut ipse,
Omnipotentiam quamdam in
cœlo & in terra, fuit raptus si-
cut Enoch, à mortalibus in cur-
ru igneo, ut exhiberet nobis
magnificentiam Ascensionis suæ.

Tertia Moy-
ses.

Aliquis Moyses, primus in
mundo Scriptor, mirificè repræ-
sentavit nobis illum sub idæâ
aquilæ, quæ regina est ætheris
& nobilissima avium, tam subli-
miter se attollens in cœlum, ut
ex aspectu amittat illam terra,
quæ contemplatur solem è vici-
no, oculo firmo ac imperterri-
to, in splendidissima radiorum
suorum maiestate, quæ provo-
cat exemplo suo & voce suâ,
omnes pullos suos, ad imitan-
dum generositatem suam, siveque
volatus sublimitatem, & per
hoc nobis innuit, quod ita Sal-
vator mundi trahere nos debeat
post se in cœlum per triumphum
Ascensionis suæ: *Sicut aquila pro-
vocans ad volandum pullos suos.*

Deut. 32.

Quarta Mi-
cheas.

Aliquis Propheta Micheas,
concordans vocem suam cum
illa Moyfis, quasi ad componen-
dum harmoniam Mūicam, quæ
annuntiaret tot ante sæcula glo-
riam triumphi illius, eximium

hoc modulatur Carmen: *Ascen-*
det, pandens iter ante eos, & transi-
bit Rex eorum coram eis, & Domi-
nus in capite eorum.

Mich. 2.

Regius Vates conjungit se illis, *Quinta Rex*
& totus abreptus gaudio aspi-
ciens à longè magnificum Iesu
Christi triumphum, exclamat
Psalmo centesimo tertio: O mi
Deus, quam es magnificus! cir-
cumfulsus appares totus splendo-
re, decore indutus, & amictus
lumine sicut vestimento tuam
perficis Ascensionem in nube,
& super alas ventorum ingredie-
ris: *Qui ponis nubem ascensum tuum,* Psal. 103.
& ambulas super pennas ventorum.
Sed contentus non est, nisi exci-
tet omnes terræ nationes ad
plaudendum manibus, ad re-
plendum universum aërem suis
clamoribus, jubilis, lœtitiae can-
ticis, seque demonstrandum to-
tas abreptas gaudio. *Omnis gentes* Psal. 46.
plaudite manibus, jubilate Deo in voce
exultationis; & addit causam,
Ascendit Deus in jubilo.

Sanctus Augustinus semper serm. 178.
sublimis in cogitationibus suis, semperque accensus fervore af-
fectuum suorum, transgreditur
scipsum, velut ebrios Enthusias-
mo prorsus cœlesti, quando de-
scribit præcursoribus insignis hu-
jus triumphi, sermone centesi- Describitur
mo septuagimo octavo. Sanc- magnificeu-
tificatur tota amplitudo aëris triunphi
transeunte Sancto Sanctorum, Iesu Christi
& beato comitatu ejus; pavet Ascendentis
omne in cœlos.

omne cœlum, mutantur astra,
concurrit confestim fulmineus
ille militiae cœlestis exercitus. Vi-
dent Regem suum vivæ carnis
manubias reportare, atque hoste
debellato hominem in superna
conscendere, agnoscunt in cicat-
ricibus signa bellorum, adorant
in carne vulnera jam sanata, ad-
mirantur ibi pulchritudinem tam
puram, quam minima macula
peccati non attigerat, cùm nec
quidpiam in illam suâ virulentia,â,
gravidus ille veneni draco vo-
muerit; serpens enim vestigium
in petra non figebat. Plaudunt
agmina, tubæ sonant, latus se
miscentia modulamina blanda
choris funduntur; universus or-
bis mutatus videtur in suavem
harmoniam, juxta quod scrip-
tum est: *Ascendit Deus in jubila-
zione, & Dominus in roce tuba.*
Nam ecce confestim splendidus
ille senatus cœlestis assurgit, se-
que prosternit ante ipsum, dum
interim omnes regni subditi,
quos conquiserat in terris, ascen-
dunt in altum, ad conjungendu-
m se illis. Omnes cœlorum
aperiuntur portæ, regia ampla
Dei reseratur, undique siderei
repagula cœli, atque astriferi
orbis arcana solutâ penitus com-
page patecunt; recedit in ge-
minam arcem divisus aér, seque
curvat ad componendum velut
arcum triumphalem, lumina
cœli Empyrei & illa astrorum

se conjungunt, ut nonnisi uni-
cum constituant diem; ambo
sua homagia impendunt eidem
Domino, sibique velut duo cho-
ri Musici alternatim respondent:
Illi, qui ascenderunt è terra inci-
piunt primi: *Tollite portas Prince-
pes vestras, & elevamini portæ ater-
nales, & introibit Rex gloria;* In-
terrogant hi: *Quis est iste Rex glo-
ria?* Respondent illi: *Dominus
virtutum ipse est Rex gloria.*

Hic est sponsus ille candidus
& rubicundus, descriptus in fa-
cro Epithalamio; candidus ob in Ascensione
perfæctissimam suam innocen-
tiam, sed totus rubicundus san-
guine, quem effudit pro salute
hominum: hic est ille, qui non
habuit speciem; neque decorem,
infirmus in laqueo, fortis in spo-
lio, vilis in corpusculo, armatus
in prælio, fœdus in morte, pul-
cher in resurrectione, candidus
ex Virgine, rubicundus in Cru-
ce, fuscus in opprobrio, clarus
in cœlo. Hic est, qui docuit
cœlum portare homines; & ea-
dem caro, quæ inaudit funestam
hanc tentiam: Terra es, & in
terram revertēris, hodie cum
gaudio audit: Eras terrâ vilior
per peccatum tuum, & ego
nobiliorem cœlis te reddo per
gratiam meam; tu eras esca ver-
mium, & eris æternaliter socia
Angelorum. Ecce portam cœli,
quam clauerat per peccatum
Adam primus, aperuit persanc-
tita-



titatem Adam secundus. Non sequamur primum, qui nos duceret in infernum, sed sequamur secundum, qui nos ducet in cœlum.

*Oppositiones inter vias pri-
mi Adami, & illas secundi.*

Primus Adam deducebat nos per viam superbiæ ad humilia-
tiones æternas, quia scriptum est: *Qui se exaltat, humiliabitur;* secundus Adam ambulare nos docet per viam humilitatis, quæ nos deducet ad gloriam æternam, cùm scriptum sit: *Qui se humiliat exaltabitur.* Primus dirigebat nos per viam voluptatum & commoditatum vitæ: secundus nos invitat ad portandum Crucem post se, ad amandum semper mortificationem & exercitia penitentia. Primus erat totus terrestris, & nonnisi terram anhelabat, bonorumque

terrenorum possessionem: se-
cundus est totus cœlestis, & con-
temnere nos docet caduca hujus
mundi bona, & aspirare nonnisi
ad bona solida & duratura in
æternum. Peribis igitur infalli-
bilter, si secutus fueris Adam
primum, ambulando sicut ipse
per viam honorum, volunta-
tum & amoris creaturarum:
sed si vivere velis in æternum,
sequere constanter Adam secundum,
ambulans post ipsum per
viam humilitatis, afflictionis, &
perfectæ expoliationis rerum
mundanarum.

Sed ad hoc ut animemur ma-
gis, postquam audivimus glorio-
sus applausus & jubilos lætitiae,
præcedentes triumphum JEsu
Christi in cœlum ascendentis;
videamus.

ARGUMENTUM.

Quanta sit magnificentia & gloria Triumphantoris.

ARTICULUS III.

A eternitas integra non nimis longa erit omnibus Beatis ad contemplandum & admirandum, magnificantias, glorias & excellentias infinitas, quas omnes conjunctas vident in Persona JEsu Christi, in die, quo triumphans ingreditur sanctam civitatem, Jerosolymam cœlestem. Vident, quod sit Filius Unicus genitus à Patre ante sæcula,

quodque ex jure nativitatis suæ æternæ includat in seipso, omnes infinitas excellentias Dei Patris sui. Abyssus hæc Divinitatis, cuius pulchritudinibus summe oblectantur, suâ absorbet illos profunditate; nunquam non sua illi navabunt studia, nunquam tamen comprehendent ipsam.

Vident, ipsum esse eundem Filium Unigenitum, natum ex Nnnnnn Maria